



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De loco iudicij. D

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

cat animas: in eo, & est filius hominis iudex. Ecce secundum formā humanitatis dicitur suscitatur corpora, & iudicaturus. Iudicaturus autē quia illa forma cunctis in iudicio apparebit: & suscitatur, quia in eadē forma meritū, & causam resurrectio-
nis nostræ suscepit. Et quia secundum eandē for-
mam vocē dabit, qua mortui de monumentis re-
surgent & procedent. Secundum quod Deus est, vi-
uificat animas, nō pater tantum: quia non tantum
pater vita est, sed & filius cum eo, & Spir. S. eadem
vita est, quæ pertinet ad animam non ad corpus.
Corpus enim non sentit vitam sapientiæ, sed ani-
ma, quæ illuminatur à lumine æterno. Licet ergo
Christus potentia diuinitatis vivificet animas, &
suscitet corpora, & iudicet: non otiosè tamen &
præter rationem ei secundum formam Dei tri-
buitur vivificatio animarum, & secundum for-
mam serui iudicium & resuscitatio corporum.

De loco iudicii.

D

Putant quidam Dominum descensurum in val- *Iohel. 3. 8*
lem Iosaphat in iudicio: eo quod ipse per Iohelem
Prophetam sic loquitur. Congregabo omnes gen-
tes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & disce-
ptabo ibi cum eis. In cuius capituli expositione ita
reperi. Hoc quidem pueriliter intelligunt, quod in
valle, quæ est in latere montis Oliueti, descensu- *Gloss. ord. ad*
c. 3. Iohel. hac
rus sit Dominus ad iudicium: quod fruolum est. *omnia ha-*
Quia non in terra, sed in spacio huius aeris sede-
bit, contra locum montis Oliueti, ex quo ascendit.
Et sicut Iean. Chrysost. dicit, Angeli deferent ante
eum signum crucis: unde in Euangelio veritas di-
cit. Et tunc apparebit signum filii hominis, &c. Io- *Chrys. ho. i. 3*
saphat autem interpretatur iudicium Domini. In *de cruce &*
vallem ergo Iosaphat, id est, iudicij Domini con- *latrone, t. 3.*
gregabuntur omnes impii. Iusti vero non descen- *Matth. 24. 5*
dent in vallem iudicij, id est, damnationem: sed in *1. Thess. 3.*
nubibus eleuabuntur obuiam Christo.

Nnn 5

De